

In nomine domini anno octabo imperii domini nostri Constantini. Magni Imperatoris. et quinto anno domini Landolfi. Antipati patricii. et principi. (1) et domini atenolfi patricii. et principi. Mense octubrio. nona Indictione (2) memoratorium factum a me Cristoforo monacho monasterii sanctorum sergii. et bachi. qui nunc congregati esse videntur in monasterio sanctorum theodori. et sebastiani. situm intus cibitatem neapolim. In qua nunc deo annuente dominus machario venerabilis abbas preest de hoc quod intus cibitate benebento. coram subscriptos nobiliores homines. pro pars ipsius cenovii. coniunxi me cum. aldemari filio dauferi. et cum totonem. et saduto. et adelferi germanis filii totonis. et cum urso filio totonis. quam et cum garipoto filio guandelperti ex rebus illam de loco que vocatur acerre. quod ipsis. vendiderunt anteos dies in eodem nostro cenovio per cartulam quem scripsit magelgardus notarius a quibus aput nos firmatam retinemus. et statim iam dictus aldemari. pro parte sua et de toti sui germanis. et predictis toto saduttus et adelferi. pro parte sua. et iam dictus ursus pro sua parte. et isdem garipoto pro parte sua et de suis germanis. tradiderunt michi ad partem. eiusdem nostri cenovii habendum. integrum fundum illum de eodem loco acerre quod tenuit quodam liupertus qui fuit servus eorum abitantem de eodem loco acerre. una cum omnibus terras cultas vel incultas sive intus laneum. et a foris ipsum laneum ex ipso fundo pertinentes. tam longinquis. et propinquis. silbis. et aspris. pascuis limitibus. arboribus fructiferis. et infructiferis. cum viis et anditis. et omnibus ad ipsum fundum pertinentibus. michi dederunt et tradiderunt. et nec sibi

Nel nome del Signore, nell'anno ottavo di impero del signore nostro Costantino, grande imperatore, e nel quinto anno del signore Landolfo, antipata, patrizio e principe, e di Atenolfo, patrizio e principe, nel mese di ottobre, nona indizione. Promemoria fatto da me Cristoforo, monaco del monastero dei santi Sergio e Bacco che ora risulta congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano sito dentro la città di **neapolim** ed in cui ora con il consenso di Dio presiede domino Macario venerabile abate, di quando nella città di **benebento** davanti ai sottoscritti nobilissimi uomini per conto dello stesso cenobio mi riunii con Aldemaro, figlio di Dauferio, e con Totone e Saduto e Adelferio, fratelli, figli di Totone, e con Urso, figlio di Totone, nonché con Garipoto, figlio di Guandelperto per quelle cose del luogo chiamato **acerre** che gli stessi vendettero giorni prima allo stesso nostro cenobio con un atto che scrisse Maghelgardo notaio e che firmato abbiamo presso di noi. Immediatamente il già detto Aldemaro, per conto suo e di Totone suo fratello, e i predetti Totone, Saduto e Adelferio per conto proprio e il già detto Urso per conto suo e lo stesso Garipoto per parte sua e dei suoi fratelli consegnarono a me per conto del nostro cenobio quell'integro fondo dello stesso luogo **acerre** che possedette Liuperto che fu loro servo abitante nello stesso luogo **acerre** insieme con tutte le terre, coltivate e non coltivate, sia nel **laneum** sia davanti lo stesso **laneum**, pertinenti allo stesso fondo, tanto lontane che vicine, boschi e luoghi selvaggi, pascoli, confini, alberi fruttiferi e infruttiferi, con le vie e gli ingressi e tutte le cose pertinenti allo stesso fondo. A me diedero e consegnarono e non riservarono per sé né la quarta parte per la propria moglie e madre né la porzione per i propri

nec quartam uxori et genitricis sue. neque portionem ad suis germanis. nec cuicumque alteri habendum nihil reservaverunt. absque sortem ursi filii garipotonis. nam aliut in integrum michi dederunt. et tradiderunt ad partem eiusdem nostri monasterii habendum. quatenus amodo et deinceps pars ipsius nostri cenovii eiusque rectores iam dictum integrum fundum cum omnibus suis pertinentiis absque sortem illam eiusdem ursi habere et possidere securiter liceant per eorum et de illorum heredes defensionem. per illam obligationem quo illa cartula est continentem quibus ipsis inde emiserunt ad partem eiusdem nostri cenovii. ut omni tempore illut nobis defensare debeant per ipsam obligationem quo illa cartula est continentem. hoc brebe scripsi ego magelgardus notarius et interfui benevento feliciter. ✧ Ego qui supra aldemari me subscripti ✧ ego qui supra toto me subscripti.

✧ Ego vernardus me subscripti. ✧ Ego dauferi me subscripti. ✧ Ego iohannes me subscripti.

✧ Ego sadelgrimus me subscripti.

✧ Ego qui supra garipoto me subscripti.

fratelli né per chiunque altro salvo la parte di Urso figlio di Garipotone. Infatti, il resto per intero diedero e consegnarono a me per conto del nostro monastero in modo che da ora e d'ora innanzi per conto del nostro cenobio e per i suoi rettori sia lecito avere e possedere con sicurezza, salvo quella parte dello stesso Urso, il già detto integro fondo con tutte le sue pertinenze con difesa da parte di loro e dei loro eredi per quell'obbligazione che in quell'atto è contenuto che gli stessi rilasciarono a favore del nostro cenobio per cui in ogni tempo quello debbono difendere per noi per la stessa obbligazione che in quell'atto è contenuto. Questo breve scrisse io notaio Maghelgardo e fui presente. In **benevento** felicemente. ✧ Io anzidetto Aldemaro sottoscrisse. ✧ Io anzidetto Toto sottoscrisse.

✧ Io Vernardo sottoscrisse. ✧ Io Dauferio sottoscrisse. ✧ Io Giovanni sottoscrisse.

✧ Io Sadelgrimo sottoscrisse.

✧ Io anzidetto Garipoto sottoscrisse.

#### Note:

(1) *Antypati et Patricii* titulos tum civibus praestantioribus, tum exterarum gentium regibus, et urbium rectoribus, graeci imperatores elargiri consueverunt, ut eos aut maiori observantia sibi devincirent, aut de graeco Imperio benemerentes honoribus munerarentur. Idcirco quosdam non solum e neapolitanis caietanisque ducibus, verum etiam e langobardis principibus eo titulorum genere condecoratos deprehendimus, uti in praesenti membrana, qua Landulphus et Atenulphus beneventani principes *Antypati* et *Patricii* nuncupantur. Vocem autem *Antypatum* apud graecos inferioris aevi scriptores magistratum illum significasse, quem Latini *Proconsulem* dixerunt, ipsamque vel honoris titulum evasisse Cangius docet in mediae et infimae graecitatis glossario. *Patriciatum* vero praeclarissimum honorum fuisse habitum testantur Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii C. P. Patriarchae, et Guterius (*De Domus Augustae Officiis*), qui *Patricios*, ait, *circa latus Imperatoris egisse, et honorem delatum finem certi temporis et loci non habuisse*. Hoc sane titulo donabantur ii praesertim, quibus Imperii graeci provinciae administrandae mandabantur, dicti propterea *Patricii imperiales*, cuiusmodi extitere duo illi *Patricii*, quorum unus Siciliam, Calabriam, Neapolim et Amalphiam, alter Beneventum, Capuam, Papiam, aliasque urbes italicas moderatum olim constantinopolitana ex aula mittebantur. Exterarum porro gentium rectores, qui *Patriciatus* honorem fuerant assecuti, *Patricii privati* audierunt.

In eadem hac membrana Landuphus *Principis* quoque titulo insignitur. Vocabulum hoc, quod apud Romanos vigente republica *primum* denotavit, sub imperatoribus vel honoris titulus esse coepit; namque *Princeps Iuuentutis* tunc audiit haeres Imperii futurus, et imperator ipse *Princeps* dictus est, quo nomine

Horatius donavit Augustum, ubi ait: *Hic ames dici pater atque princeps*. Inter eos vero, qui nostris provinciis inferiore aevo imperarunt, Arechis Beneventi dux *Principis* nomen primus usurpavit, ut Leonis hostiensis chronicon (*lib. I. c. 10*) testatur. Ubi deinceps Salernum et Capua beneventano a Ducatu seiunctae fuerunt, qui earum urbium ditione potiti sunt, ipsi quoque sese *Principes* appellarunt.

(2) Chronologicae huiusc documenti notae plurimum negotii facessere videntur. Duo enim diplomata, quae in vulturnensi occurrunt chronicō apud Muratorium, habent annum quintum Landulphi et Atenulphi, mensem novembris, ac tertiam indictionem; quapropter ad annum 914 ea Muratorius amandavit. Si diplomatum horum sectabimur chronologiam, et imperatoris Constantini, ac principum Landulphi et Atenulphi supputabimus annos, quos praesens exhibet instrumentum, hoc ad mensem octobris anni 915 spectaret. Verum indictio nona, quam idem praesefert, ad annum 920 pertinet. Quamobrem octavus Constantini, annus minime ab Imperii societate, sed a sui parentis interitu, nempe ab anno 912 erit dinumerandus. At annus quintus Landulphi et Atenulphi haud in annum 920 recidit; ac proinde statuendum videtur notarium dominationis eorum annos alia quidem ab epocha recensuisse, fortasse ob aliquod singulare facinus, quod novam eorum principatus aeram inchoarat.